Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Qui respondens dixit · Scp
tum est enim: non in solo pa
ne vivit homo · sed in omni
verbo qd̃ procedit de ore dei ·
Tunc assumpsit eum diabolus
in sctam civitatem: et statuit
eum sup pinaculum templi
et dixit ei · Si filius dei es:
mitte te deorsum · Scptum e enim:
Quia angelis suis mandavit de te: et in manibus
tollent te · ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum · Ait illi
iesus rursum · Scptum est · Non
tentabis dominum deum tuum ·
Iterum assumpsit eum diabolus
in montem excelsum valde: et ostendit
ei omnia regna mundi
et gloriam eorum et dixit illi · Hec
omnia tibi dabo: si cadens
adoraveris me · Tunc dicit
ei iesus · Vade sathanas · Scp
tum est enim · Dominum deum tuum
adorabis: et illi soli servies ·
Tunc reliquit eum diabolus ·
Et ecce angeli accesserunt
et ministrabant ei · offe·
Scapulis suis obumbrabit
tibi et sub pennis eius sperabis
scuto circumdabit te veritas eius · Secr
Sacrificium quadragesimalis
mysterii celebrantes immolamus te domine deprecantes
ut ab epularum restrictione
carnalium a noxiis quoque
voluptatibus tempe · P · com·
Scapulis suis obumbrabit te:
sub pennis eius sperabis scuto ac
circumdabit te veritas eius · Ipse
Tu nos domine sanctificatos
ieiunio sancto restaurasti et a vetustate purgatos in misteri
salutaris sacrati transire
consortium · P · Fiat vi quæs
Sicut oculi servorum in manibus
dominorum suorum ita oculi
nostri ad dominum deum nostrum donec mi
sereatur nostri miserere nobis domine mi
serere nobis · Ps · Ad te levavi oculos meos qui habitas in celis · Colla
Converte nos deus sa
lutaris noster et ut nobis
ieiunium quadragesimale pro
ficiat mentes nostras celestibus
instrue disciplinis · P · Ezech
Hec dicit dominus · Ecce ego ipse requiram
oves meas: et visitabo illas ·
Sicut pastor visitat gregem
suum in die cum fuerit in me
dio ovium suarum dissipatarum:
sic visitabo oves meas · et
liberabo eas de omnibus
locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis et caligi
nis · Et ducam eas de populis et
congregabo eas de terris et
inducam eas in terram suam:
et pascam eas in montibus
israel · in rivis et in vallibus

sedib' terre